

Simile est, quod de Abbate Monasterii S. Jacobi apud Leodium indubitata fide traditur.

17 Exemplū
Thom. Can
tipratensis
lib. 2. mira-
cul. c. 35. §. 2

Monasterium istud adolescens quidam majoris Præpositi Consobrinus intraverat. Præpositus hoc audito ad Abbatem mandat; per Clericos juvenem agnatū remittat. Prohibet Abbatem religio, verūm Præpositū non arcet. Qui forti satellitum manu juvenem rapit, & de mto cucullo, seculari vestitu redinduit. Abbas cum Civitatis primoribus Episcopum & adeo totum Clerū interpellat pro injuria. Episcopus verò nec auditum Abbatem verbis insuper duriter habet. Tūm flexis Abbas genibus modestè ad Præpositum: Deficit mihi contrà Te, ô Præposite, Judex in terris, ideo- que DEUM summum judicem contrà te constituo & interpello, ut intrà quadraginta dies uterque nostrū coràm illo compareat, sententiam pro meritis accepturus. Præsul, nil nisi hominem ridet, spernit, repellit. Quadagesimo autem die Abbas ille circa nonam exiit, & ad Iudicem suum properat. Præpositus tūm fortè in balneo sedens, campanam pulsari audit, & ex familia quis sonitus hic esset sciscitatur. Respondet quidam ingrediens, pro Abbate S. Jacobi modò defuncto pullationem fieri solennem. Nec morà Præposito in mentem venit, hunc esse diem quadagesimum sibi positum judicialem. Consternato itaq; animo ad
astan-